



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Confiscatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

nis Archiepiscopatibus, tamen vide *sup. in ver. consilij, §. 4.*

CONCURSUS.

Primò, ponitur edictum ad concursum, pro aliqua parochiali vacante, an possit concurrere ille, qui fuit accusatus de aliquo crimine, *Navarr. conf. 6. de accus. responderetur, quòd sic, & non obstat, quòd sac. Concil. Trident. sess. 24. capit. 18. de reform. §: peracto, & capit. licet canon, de elect. lib. 6.* quòd sit idoneus ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis, quæ non potest habere inquisitus, quia potest esse talis, & tamen inquisitus per malevolos inimicos, & maledicos, & invidos, prout *Diaz. in pract. crimin. capi. 6. circa medium, & capitul. 140. nisi sit infamatus apud graves & bonos viros.*

Secundò, si Episcopus juxta formam sacri Concil. Trid. & Bull. Pii V. succedente vacatione parochialis, facit concursum, & electo digniore, & misso ad Sedem Apostolicam, si ad eam collatio pertinebat, si ipse moritur, vel renunciat: vel distulit sic electus an possit aliquis impetrare dictum beneficium à Papa non facta mentione de concursu? Respondetur, quòd non, quia ad Episcopum eundem regreditur, & redit auctoritas iterum faciendi concursum, & iterum eligere digniorem, eumque mittere pro impetratione Romam, ita *Navar. consilio 11. num. 3. de rescript. & sic semper quòd concursus non sortitur effectum suum, pertinet ad Episcopum facere alterum, quia negligentia im-*

petrantium non debet nocere diligentia Episcopi. hoc tamen ego temperarem, nisi aliter à Summo Pontifice impetraret, in forma dignum.

CONFISCATIO:

Primò, confiscatio bonorum hereticorum, præter alios, videnda est Bulla 22. Alex. IV. & fructus beneficiorum, vide *Syman. tit. de instit. cath. num. 9.* jus verò patronatus acquirit libertatem, *cap. ult. de heret. Symanch. loc. cit. num. 96.* dos, paraphernalia, arrhæ, emphyteusis, melioramenta, feudum, *Covar. lib. 2. c. 2. nu. 12. var.*

Secundò, confiscare omnia bona solum competit iudicibus, à quibus non appellatur regulariter, licet reclametur, *Capyc. decis. 130. num. 40. Azo. in summa lib. 9. Cod. rub. 48. nu. 8.*

CONFIDENTIA.

Primò, confidentia, quando sapiat simoniam, vide *Caputaq. dec. 201. p. quomodo probetur, vide eund. dec. 200. & 202. vide Bull. Pii IV. 109. quæ incipit, Romanum Pontificem, & Pii V. Bull. 87. quæ incipit, intolerabilis. Nav. in Manual. ca. 23. à nu. 103. ubi habes, quid sit confidentia, in quibus fiat, & quomodo probetur, & pœna, & in multis Concil. in tit. de simon.*

Secundò, qui accipit beneficium ad confidentiam, committit simoniam conventionalem, & fit incapax ad beneficia obtinenda in futurum, *Caputaq. dec. 238. par. 3. prout dicitur in ver. simonia, §. 15.*

CON-